Actum in Curia Regia Branscensi feria Tertia post Dominicam Conductus Pascha proximâ Anno Dni 1642.

Brzescianka Zaliwski Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Bran-
scen. pl. comparens Nobilis Stephanus Jankowski olim Gene-
rosi Joannis Jankowski Vicepalatini Terrae Bielscen. filius an-
norum ut ipse asseruit viginti duorum in Brzescianka sub Br.
sanus mente et corpore exns palam publice ac libere recognovit.
Quia Generoso Joanni Vladislao Zaliwski Gladifero Ter-
ra Liuen. et ipsius legitimis successoribus bona sua omnia mobi-
lia et immobilia in haereditate villa Brzescianka consistentia
se recognitum iure naturalis successionis post parentem suum concer-
nens in areis hortis agris pratis campis sylvis tantum pro
necessitate in ipsa Brzescianka utifruendis Subditis censi-
bus dierum laboribus et omni obedientia seminaturaque
hyemali et vernali nec non cum omnibus ac singulis utilibus
fructibus proventibus attinentiis nullis sibi ibidem nec suis
posteris seu alij cuipiam reservandis sed prout eadem bo-
na in suis limitibus antiquitus extendunt et prout eadem fi-
lius tenuit habuit et possidebat, in Summa quadringentor.
florenorum Polon. hinc usque ad annum et sic consequenter de
anno ad annum usque ad exemptionem et Summae praefatae inte-
gram et indivisam exsolutionem obligavit et inscripsit. Prae-
terea item recognovit eidem Generoso Gladifero consensit
sorores suas respectu dotis ipsas concernen. quandocunque
voluerit per solutionem Summae ipsius assecuratae exdotare
et ab aliis oneribus exonerare bonaque eadem tam vigore prae-
sentis inscriptionis obligatoria quam et consensus accessionem in
personam suam recognitarum tenere et possidere usque
ad omnimodam Summarum omnium tam obligatoria quam
et in exsolutionem onerum quorumvis erogatarum quas praesenti
inscriptione connectit. Cui quidem Generoso Gladifero Liuen.

1780

in eadem bona iam exuere dat et admittit realem intromissionem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos accessitandam. Insuper itum ipse recognit de omnibus in genere et singulis in specie bonis suis mobilibus et immobilibus successores suos ad id de eisdem bonis exonerandos submittit et inscribit eundem suum tenutarium et ipsos posteros occasione praedictorum bonorum ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status et conditionis toties quoties durante eiusmodi iure obligatorio opus fuerit tueri defendere evincere et liberare intercedere et solus tam per se quam per quasvis submissas et subordinatas personas non inquietari sub vadio simili aliorum quadringentorum florenorum Polon in casu suppeditati possessionis seu non praestitae evictionis ad solvendum succumbendo et coram officio praesenti curiae sive in parte cum bonis et postentis suis incorporat in primo citeriis Termino perempta rinsone ac satisfactione. Omnibus contrariis exceptionibus allegationibus dilationibus quibusvis appellationibus ac earum prosecutionibus aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores vri abscribendo.

Franki Dąbrowa **Donatio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren Branscen personaliter comparens Nobilis Joannes olim Mathaei Frankowski de Franki Dąbrowa haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognit Quia Nobili Stanislao Frankowski fratri germano bona sua omnia mobilia et immobilia in haereditate Franki Dąbrowa tantum consistentia se recognitem post parentes utrosque iure naturali succedens concernen in areis hortis agris pratis campis sylvis rubetis aedificiis omnibus seminatis et tota substantia ac supellectili domestica cumque omnibus utilitatibus nullis exceptis, ac cum omni iure dominio proprietate propinquitate ac titulo haereditario excepta una area a via versus borram tendente ad prata protendentem prout continetur pura mera sincera ac irrevocabili donatione dedit donavit

et resignat